

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo s  
cum uariis

Quo tempore quidam uir magnus et sapiens cognouit, que materia esset, et quanta ad maximas res oportunitas animis inesset hominum, si quis eam possit elicere et precipiendo meliorem reddere, qui dispersos homines in agris et in tectis siluestribus abditos ratione quadam compulit, in locum unum et congregauit, et eos in unamquamque rem utilem atque honestam inducens, ex feris et immanibus mites reddit et mansuetos. At michi uidetur quidem hoc nec tacita nec inops dicendi sapiencia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito conuerteret, et ad diuersas rationes uite traduceret.

Ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

quidam uir] vir quidam P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; oportunitas] optimas M; eam *om.* C; et *om.* B; feris] in *add. (del. sub lin.)* B; immanibus] in manibus P V<sup>1</sup>; reddit] reddidit L<sup>2</sup>; quidem hoc] quidam hec C; traduceret] Seneca *add.* V<sup>1</sup>, Cicero *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>